



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. XL. De Cessione Domini Michaelis & electione Domini Pauli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. XL.

De

*Cessione Domini Michaelis & electione
Domini Pauli.*

Anno Domini MCCCCXXII. in medio Quadragesimæ dictus Magister generalis de sui Principatûs officio (*a*) liberè cessit, & ibidem Dominus Paulus Ruskorff tunc Commendator in Christburg in Magistrum generalem est electus. Quem mox in sui Principatûs exordio infestare incipiunt Poloni cum ingentissimo Lithvanorum & Tartarorum exercitu terram Colmensem circa festum S. Jacobi hostiliter obruentes, eam per ignis voraginem & prædas horrendissimas funditus devastando. Ibidem etiam summæ & individuæ Trinitatis Ecclesiam Cathedram Colmensem amoenissimè decoratam & constructam in cinerem redegerunt, utriusque sexus homines crudeliter occidendo, mulieres etiam & virgines ultra humanum modum stuprando & misericorditer deplorando, aliaque permulta execrabilia & ignominiosa opera perpetrando. Quibus omnibus ad libitum consummatis, tandem Dominus Magister generalis cum suis necessitate compulsi eandem litis materiam ad omne beneplacitum Polonorum (*b*) concordarunt. Videlicet

DISSENSIO CIVITATUM.
Insuper dictæ Civitates horrendis inter se disceptationibus & Gverris discordare incipiunt, una alteram infestando ac per piratas & raptore in mare transmissos & dispositos predando, quinimò indifferenter amicos velut inimicos hostiliter invadendo. Sic itaque in hujus militis persecuzione damna permulta & malitia quamplurima committuntur. Senior enim Dux Holstæ in eadem lita in obsidione castri Flensburg nocte quadam à Danis occiditur. Pendente etiam lita inclyta Domina Philippa Dacie, Svecie & Norvegia Regina ab hac luce à Domino necata migravit.
per



per demolitionem castri Nassav & assignationem medietatum
Wisselæ & Navigii in Thorun.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Alii scribunt Michaelem non libere Magistratu cessisse , sed à fratri;
bus Ordinis Magistratu pullum esse. *Vid. Schuz. lib. 3. fol. 113.*
- (b) In Pactis de An. 1436. Nieszovva cum toto illo territorio Polonis
cessit. *Vid. Pacta dicti Anni in Privilegiis Ducalis Prussiae fol. 7. b.*

C A P. XLI.

*De**Adventu Principum Imperialium.*

Eodem etiam anno (a) lice jam sedatâ Dominus (b) Archiepiscopus Coloniensis, Ludovicus Comes Palatinus Rheni,
(c) Henricus Dux Bavariae cum nonnullis aliis Principibus liberis
militibus & ingenti armigerorum comitiva huic Patriæ in sub-
sidium advenierunt in vigilia Simonis & Judæ Apostolorum
Mariæburgi subintrantes & usque ad Festum Purificationis
Mariæ his in partibus moram trahentes.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Pacem factam per Principes in hoc capite cœmmemoratos , tradit
Casp. Schuz. lib. 3. fol. 113. b.
- (b) Dietericus nomine, ut habet Schuz. *I. e.*
- (b) Cui nomen Henricus. *Schuz, ibid.*

C A P. XLII.

*De**Rigida hyeme.*

Eodem (a) anno intensa erat hyems, ita ut Wissela in certis
locis congelata stetit à Festo S. Barbaræ usque ad Festum S.
Gregorii.

Kkk

ANI-

